



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Opvs De Iudiciis Divinis, Qvae Devs In Hoc Mvndo Exercet**

Accessit index concionatorius in omnes totius anni dies Dominicos &  
Festos, ab ipso Auctore confectus

**Stengel, Georg**

**Ingolstadii, 1651**

§. 1. Varij modi, quibus Deus homines alit.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45653**

eum ventrem, neque ficedulis, neque phasianis aut saccharo potest delectari, cum locus, in sacculo non supersit comedendis melioribus; ita qui mundi siliquis se distendit, non est capax cœlestis dulcedinis. Ad Deum ergo, atque ad se redeat, qui vult redire ad diuinas voluptates; aut se dignum efficere epulis Angelica manu aut missis, aut paratis: ut dicere possit: *Parasti in dulcedine tua pauperi, Deus.* De filiis Israël dicitur: *Et comederunt de frugibus terre.* Quid sequitur? *Defecitq; manna, postquam comederunt de frugibus terre, nec usi sunt ultra cibo illo filij Israël, sed comederunt de frugibus præsentis anni Terra Chanaan.* Sic contingit filiis Dei: manna habent, sed manna subducitur, quando, cœlestibus neglectis, ad terrena gaudia conuertuntur. Nec enim diuina delectatione dignus est, qui præponit humanam.

Psal. 67. 11.

Iof. 5. 12.

## C A P V T X I X.

*Alia diuinæ, erga Dei seruos, dulcedinis exempla.*

**N**emo queratur de suis temporibus, neque præferat nostro æuo sæcula antiquiora, quasi iam minus dulcis sit Deus, aut non ita beneficus, sed benefaciendo fatigatus. Adhuc idem est Numen, quod fuit semper; adhuc, sicut omni æuo, Mundum gubernat. Primum terræ; hortorum; arborum, agrorum fructibus; deinde piscibus aquarum; tum etiam, auibus, per aërem, aduolantibus, denique feris domesticisque animalibus alit homines; & quosdam quidem otiosos, quibus quodammodo victum tellus inarata gignit; alios autem manuum labore ac sudore vultus panem vult comparare. Alijs, per amicos, & beneficos, alijs, per piorum liberalitatem mittit escas. Non raro, per Angelos eos, qui Angelicam vitam instituerunt, aut cibus, aut non visibili alimento, alit.

I.

In pueros notum est, quid Nicolao Heluetio, propè nostris temporibus, factum sit. Omnis illi cibus, omnis gustus erat SS. Eucharistia. Nihil esculenti, per tot annos, sumebat, nihil quod vel alere, ne dum delectare palatum possit. Pro nectare & ambrosia fuit

II.

Petr. Hugo  
in vita eius.